

id est Viennensem, Lugdunensem primam, Narbonensem primam, Narbonensem secundam, Alpinam Peninarum, a pari et No[vem]-populanam<sup>a</sup>, vices suas conmisit, sicut Zosimus<sup>1</sup> in epistolis suis et Honorius ac Theodosius Augusti<sup>2</sup> in edictis suis ostendunt, ut generales synodos causa fidei, si necesse fuerit, congregaret, et per eum, quicquid de ecclesiasticis negotiis foret definitum, si magnitudo causae exigeret, ad apostolici papae notitiam referretur et ut<sup>3</sup>, si quis ex qualibet Galliarum parte sub quolibet ecclesiastico gradu Romam venire contenderet vel ad alias terrarum partes ire dispo-neret, non aliter proficisceretur, nisi metropolitani Arelatensis episcopi formatas acciperet. Et in supradictis provinciis auctoritatem ordinandi metropolitanos haberet pontifices, sicut Innocentius, ut

\*f. 19. supra scripsimus<sup>4</sup>, de \*Anthioceno scripsit episcopo. Postea autem exigente illicita prae[su]mptione<sup>b.5</sup> Hilarii ipsius civitatis episcopi hoc privilegium Arelatensis ecclesia perdidit, quod datum est Viennensi ecclesiae. [It]emque<sup>c</sup> post mortem Hilarii sub Ravennio hoc privilegium ipsa Arelatensis ecclesia recepit<sup>6</sup>, sicut in Leonis papae epistolis invenitur.<sup>7</sup> Et tenuit illud usque ad tempora secundi Gregorii et Leonis ac Con[sta]ntini filii eius imperatorum atque Karli Francorum prin[cip]is.

7. Et tunc desolatione<sup>d</sup> ecclesiarum compellente quoniam religio [p]ene<sup>e</sup> ab his regionibus erat elapsa<sup>8</sup> et plurimae metropoles plurimaeque suffraganae civitates occupatae a saecularibus regimine pastoralis vacabant, adeo, ut in epistola Bonifacii ad Zachariam<sup>f</sup> papam scriptum est<sup>9</sup>, quia, sicut Francorum seniores dicebant, plus quam per tempus LXXX annorum synodum non

<sup>a</sup>) Zeilenende zerstört.

<sup>b</sup>) Zeilenanfang zerstört, doch noch erkennbar.

<sup>c</sup>) Zeilenanfang zerstört.

<sup>d</sup>) a auf Ras.

<sup>e</sup>) Zeilenanfang zerstört.

<sup>f</sup>) So!

<sup>1</sup>) Vgl. MG. Epist. 3, 5 f. n. 1 (J-K. 328). <sup>2</sup>) MG. Epist. 3, 13 ff. n. 8.

<sup>3</sup>) Zosimus, MG. Epist. 3, 5.

<sup>4</sup>) Vgl. oben I, 2 S. 73. Offenbar

liegt aber hier eine sehr anfechtbare Umgestaltung des Sat:es praecipuam, sicuti semper habuit, metropolitani episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem aus dem Briefe des Zosimus, MG. Epist. 3, 6, vor.

<sup>5</sup>) MG. Epist. 3, 20 f.: quod decessor ipsius merito nimiae praesumptionis amiserat.

<sup>6</sup>) Vgl. oben S. 53.

<sup>7</sup>) MG. Epist. 3, 20 f. n. 13 (J K. 450). <sup>8</sup>) Vgl. Epistolae selectae (S. Bonifatii et Lulli epistolae ed. M. TANGI) 1, 87 n. 51 (J-E. 2264): — eo quod omnis ecclesiastica regula sive disciplina ab eadem provincia funditus abolita est. — S. oben S. 53 f.

<sup>9</sup>) Epist. sel. 1, 82 n. 50.